1560

Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit
Quia Generoso Nicolao Zgierzko Pincernae Podlachiae et eiusdem legiti
mis Successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Wolka Za
leszka consistentium in Sylva dicta Ledleska(?) Certam et integram Sortem
suam dictam Kozlarowska(?) a Campis Generosi Zgierzkowa(?) Mathiae Generosi
Pincernae ad legitimos successorum olim Generosi Petri Rytel inter metas
Nobilium Albert. et Mathiae Adami Zalesiach iacentem Cum fundo arbo-
ribus pratis et Omnibus in genere ac singulis in specie utilitatibus fru-
ctibus proventibus attinentiis et pertinentiis ex eisdem bonis quovis modo prove-
nientibus Nullis exceptis pura mera syncera et irrevocabili donatione
dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Qui iam exnunc
intromissionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per Memoratum et Nobilem dictis ipse
acceptandam dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis suis
successoribus Memoratum Generosum Pincernam Podlachiae Donatarium su-
um sive eius Posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico
et extra iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum Omnibus
sexus status et conditionis cuiusvis existentium per et ultra Omnes
Terminos Omnes toties quoties opus et necesse fuerit tueri defendere
evincere Omnibus tam per se quam per quasvis submissas et subor
dinatas personas non minuere sub Damnis Omnibus simpliciter
taxatis et edicendis Et Coram officio praesenti Capitaneali Branscensi
in primo Statuto Termino peremptorie responsione Omnibus in universum
iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure con-
cessibilibus se ipsos penitus [illegible] et abrenunciando
sub amissione suorum successorum bonis et integrae causae.

Eiusdem Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter
comparentes Nobiles Stanislaus et Petrus filii olim Martini Za-
leszki dicti Nikodemczyki(?) ipse quidem Petrus ubi minor cum Nobilis
Stanislai fratris sui Natu Senioris consensu et authoritate Sani
mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt
et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia Generoso
Nicolao Zgierzko Pincernae Podlachiae et ipsius successoribus Bonorum
suorum immobilium in haereditate Zalesze consistentium Aream suam
dictam Kisielowskie(?) incipiendo a piscina Generosae Mariannae Brzozo-
wska coniugis Generosi Erasmi Zgierzko Thesaurarii Terrae Bielscensis
ad Sepem Lapideam Vulgo do kamieni(?) qui distinguit campos et hor-
tos inter metas Areae Kocialowska et eiusdem Generosi Pincernae
Podlachiae Areae acquisitae a Nobili Stanislao Malisky(?) dictae

Balcerowska

Zalecerowska cum horto agro arboribus et Omnibus ac singulis utili-
tatibus fructibus proventibus attinen et pertinen ex eadem Area quovis
modo provenientibus Nullis exceptis et hoc pro expeditione praesen-
ti bellica in Duodecim Floren Polon ab Actu praesenti ad de-
cursum Trium annorum immediate se sequentium et sic usque ad exem-
ptionem obligaverunt et inscripserunt. Cui iam ex nunc intromis-
sionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Re-
gni Generalem et Nobiles duos officiose acceptandam dant et ad-
mittunt. Submittendo se ac Omnia bona sua cum successoribus suis Me-
moratum Tenutarium suum suosque eius possessores occasione praemissorum
ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum quorumcunque
et aemulorum utriusque sexus status et conditionis cuiusvis exi-
stentium durante eiusmodi iure obligationis toties quoties opus
et Necessarium fuerit tueri et evincere Suisque per se et per submis-
sas personas non iniuriare sub Vadio simili etiam Duode-
cim Floren Polon in defectu evictionis seu praemissorum praestationis
absoluendum succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren Loman-
scensi in primo Actoris Termino peremptoria responsione Omnibus
in Universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis
etiam de iure concessibilibus se et suos successores sibi abscribendo
et abrenunciando Sub amissione sua et suorum successorum totius causae.

Eiusdem Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Lomzen personaliter
comparentes Nobiles Adam et Stanislaus filii olim Joannis
Zaleski dicti Szyszki ipse quidem Stanislaus sui iuris cum eius
Adami fratris sui senioris authoritate Nomine suo et Nobilis Chri-
stophori Zaleski fratris sui germani absentis a quo de rato et grato cavent
Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et
quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia Generoso Nicolao Lgiez-
bo Pincernae Podlachiae et suis successoribus Pro Communi necessi-
tate praesentis expeditionis bellicae bonorum suorum immobilium in Her-
editate Zalesie consisten Areas suas haereditarias dictas Kope-
czewskie et Kulaszczynskie Octodecim sulcorum plus vel minus
a bina quod tenent per villam ad metam transversalem tenden inter
metas Hieronimi Pantaleonis Zaleski et Honoratis Grzymski cum
hortis agris pratis arboribus et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus
proventibus attinen et pertinen Nullis exceptis in sedecim Floren
Polon ad exemptionem obligavit et inscripsit Cui iam ex nunc intro-
missionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos

officio